

# The Vulgate Bible

VOLUME I

THE PENTATEUCH

DOUAY-RHEIMS TRANSLATION



Edited by  
SWIFT EDGAR

DUMBARTON OAKS  
MEDIEVAL LIBRARY

HARVARD UNIVERSITY PRESS  
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS  
LONDON, ENGLAND

2010

## Caput I

**I**n principio, creavit Deus caelum et terram. <sup>2</sup> Terra autem erat inanis et vacua, et tenebrae super faciem abyssi, et spiritus Dei ferebatur super aquas. <sup>3</sup> Dixitque Deus, “Fiat lux.” Et facta est lux. <sup>4</sup> Et vedit Deus lucem quod esset bona, et divisit lucem a tenebris. <sup>5</sup> Appellavitque lucem diem et tenebras noctem; factumque est vespero et mane: dies unus.

<sup>6</sup> Dixit quoque Deus, “Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis.” <sup>7</sup> Et fecit Deus firmamentum divisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum, et factum est ita. <sup>8</sup> Vocavitque Deus firmamentum caelum, et factum est vespero et mane dies secundus.

<sup>9</sup> Dixit vero Deus, “Congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum, et appareat arida.” Factumque est ita. <sup>10</sup> Et vocavit Deus aridam terram, congregacionesque aquarum appellavit maria. Et vedit Deus quod esset bonum.

## Chapter I

God createth heaven and earth and all things therein in six days.

**I**n the beginning, God created heaven and earth. <sup>2</sup> And the earth was void and empty, and darkness was upon the face of the deep, and the spirit of God moved over the waters. <sup>3</sup> And God said, “Be light made.” And light was made. <sup>4</sup> And God saw the light that it was good, and he divided the light from the darkness. <sup>5</sup> And he called the light day and the darkness night; and there was evening and morning; one day.

<sup>6</sup> And God said, “Let there be a firmament made amidst the waters, and let it divide the waters from the waters.” <sup>7</sup> And God made a firmament and divided the waters that were under the firmament from those that were above the firmament, and it was so. <sup>8</sup> And God called the firmament heaven, and the evening and morning were the second day.

<sup>9</sup> God also said, “Let the waters that are under the heaven be gathered together into one place, and let the dry land appear.” And it was so done. <sup>10</sup> And God called the dry land earth, and the gathering together of the waters he called seas. And God saw that it was good.

<sup>11</sup> Et ait, “Germinet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semet ipso sit super terram.” Et factum est ita. <sup>12</sup> Et protulit terra herbam virentem et adferentem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. <sup>13</sup> Factumque est vespere et mane dies tertius.

<sup>14</sup> Dixit autem Deus, “Fiant luminaria in firmamento caeli ut dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora et dies et annos <sup>15</sup> ut luceant in firmamento caeli et inluminent terram.” Et factum est ita. <sup>16</sup> Fecitque Deus duo magna luminaria—luminare maius ut praeesset diei et luminare minus ut praeesset nocti—and stellas, <sup>17</sup> et posuit eas in firmamento caeli ut lucerent super terram <sup>18</sup> et praeesserent diei ac nocti et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. <sup>19</sup> Et factum est vespere et mane dies quartus.

<sup>20</sup> Dixit etiam Deus, “Producant aquae reptile animae viventis et volatile super terram sub firmamento caeli.” <sup>21</sup> Creavitque Deus cete grandia et omnem animam viventem atque notabilem quam produxerant aquae in species suas et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. <sup>22</sup> Benedixitque eis, dicens, “Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris, avesque multiplicentur super terram.” <sup>23</sup> Et factum est vespere et mane dies quintus.

<sup>11</sup> And he said, “Let the earth bring forth the green herb and such as may seed and the fruit tree yielding fruit after its kind, which may have seed in itself upon the earth.” And it was so done. <sup>12</sup> And the earth brought forth the green herb and such as yieldeth seed according to its kind and the tree that beareth fruit having seed, each one according to its kind. And God saw that it was good. <sup>13</sup> And the evening and the morning were the third day.

<sup>14</sup> And God said, “Let there be lights made in the firmament of heaven to divide the day and the night, and let them be for signs and for seasons and for days and years <sup>15</sup> to shine in the firmament of heaven and to give light upon the earth.” And it was so done. <sup>16</sup> And God made two great lights—a greater light to rule the day and a lesser light to rule the night—and the stars, <sup>17</sup> and he set them in the firmament of heaven to shine upon the earth <sup>18</sup> and to rule the day and the night and to divide the light and the darkness. And God saw that it was good. <sup>19</sup> And the evening and morning were the fourth day.

<sup>20</sup> God also said, “Let the waters bring forth the creeping creature having life and the fowl that may fly over the earth under the firmament of heaven.” <sup>21</sup> And God created the great whales and every living and moving creature which the waters brought forth according to their kinds and every *winged* fowl according to its kind. And God saw that it was good. <sup>22</sup> And he blessed them, saying, “Increase, and multiply, and fill the waters of the sea, and let the birds be multiplied upon the earth.” <sup>23</sup> And the evening and morning were the fifth day.

<sup>24</sup> Dixit quoque Deus, “Producat terra animam viventem in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terrae secundum species suas.” Factumque est ita. <sup>25</sup> Et fecit Deus bestias terrae iuxta species suas et iumenta et omne reptile terrae in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum.

<sup>26</sup> Et ait, “Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et praesit piscibus maris et volatilibus caeli et bestiis universaeque terrae omnique reptili quod movetur in terra.” <sup>27</sup> Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum; masculum et feminam creavit eos. <sup>28</sup> Benedixitque illis Deus, et ait, “Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subicite eam, et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et universis animantibus quae moventur super terram.”

<sup>29</sup> Dixitque Deus, “Ecce! Dedi vobis omnem herbam adferentem semen super terram et universa ligna quae habent in semet ipsis sementem generis sui ut sint vobis in escam <sup>30</sup> et cunctis animantibus terrae omnique volucri caeli et universis quae moventur in terra et in quibus est anima vivens ut habeant ad vescendum.” Et factum est ita. <sup>31</sup> Videntque Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus.

<sup>24</sup> And God said, “Let the earth bring forth the living creature in its kind, cattle and creeping things and beasts of the earth according to their kinds.” And it was so done. <sup>25</sup> And God made the beasts of the earth according to their kinds and cattle and every thing that creepeth on the earth after its kind. And God saw that it was good.

<sup>26</sup> And he said, “Let us make man to our image and likeness, and let him have dominion over the fishes of the sea and the fowls of the air and the beasts and the whole earth and every creeping creature that moveth upon the earth.” <sup>27</sup> And God created man to his own image; to the image of God he created him; male and female he created them. <sup>28</sup> And God blessed them, *saying*, “Increase, and multiply, and fill the earth, and subdue it, and rule over the fishes of the sea and the fowls of the air and all living creatures that move upon the earth.”

<sup>29</sup> And God said, “Behold! I have given you every herb bearing seed upon the earth and all trees that have in themselves seed of their own kind to be your meat <sup>30</sup> and to all beasts of the earth and to every fowl of the air and to all that move upon the earth and wherein there is life that they may have to feed upon.” And it was so done. <sup>31</sup> And God saw all the things that he had made, and they were very good. And the evening and morning were the sixth day.